



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula LXVII. Literarum collationis Canonicatus & praebendae Ecclesiae Collegiatae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

Apostolica nobis commissa, qua fungimur in hac parte, præfatos Canoniatum & præbendam, sicut in dictis literis Apost. vacantes, cum illis forsitan annexis, ac omnibus juribus, & pertinentiis suis universis contulimus, & assignavimus, ac conferimus & assignamus, de illisque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per birreti tui capiti tuo impositionem, cum juris Canonici plenitudine investivimus, & investimus per præfatos.

Quocirca, &c. *ut in supra proxima formula.* Fictalibus verò *ut in form.* in omnibus & per omnia juxta præfatarum litterarum Apostolicarum vim, tenorem, formam, & continentiam. In quorum fidem &c. Dat. &c.

---

FORMULA LXVII.

*Litterarum collationis Canoniatu & præbenda Ecclesia Collegiata.*

**D** Rodericus &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. clerico N. diocesis, salutem in Domino. Cum sicut accepimus, Canoniatu & præbenda in Collegiata Ecclesia S. N. loci N. hujus nostræ diocesis, quos Reverendus Canonicus N. illorum ultimus possessor obtinebat, per obitum ejusdem N. de mense &c. vacaverint, & vacent ad præsens, ne divinus cultus in ipsa Collegiata Ecclesia detrimentum patiatur, eidem Ecclesiæ de idoneo Canonico

providere volentes, tibi N. cujus vita & morum probitas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum, merita, quæ nobis ipsis nota sunt, & aliorum fide digno commendantur testimonio, præfatos Canoniatum & præbendam, sicut, ut præfertur, sive alio quovis modo vacantes, cum illis forsitan annexis, & omnibus juribus & pertinentiis suis universis auctoritate nostra Ordinaria, & etiam vigore &c. ac omnibus melioribus modo, via, jure, causa & forma, quibus melius possumus, & debemus, conferimus, & assignamus, de illisque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per birreti tui capiti tuo impositionem cum juris Canonici plenitudine investimus, Recepto primitus à te &c. Quocirca universis &c. Contradictores &c. *ut in forma 65. mutatis mutandis.*

---

FORMULA LXVIII.

*Litterarum collationis facta per Decanum, & Capitulum de capellania ad eorum collationem spectante.*

**V** Niverfis &c. Joannes de N, Decretorum Doctor Decanus, & Capitulum sanctæ Sedis N. salutem in eo qui sine fine vivit, & regnat. Cum iraque capellania ad altare S. N. Sitam in Ecclesia nostra, cujus collatio, provisio, & omnimoda dispositio ad Decanum pro tempore existentem, & Capitulum